

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Astræa. Justitiæ pictura.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

statioen- sis, facile captus vietus fuit: verum etiam & Euripides fixit Alcesten mori non potuisse, donec illa  
pitiis servi- à Mercurio coelitus demissio crinis abscederetur: & Niſus non prius à Minoe interfici potuit, quia  
in tempeſtati illi ab ejus filia pilus fatalis abscederetur. Nec Dido apud Virgilium ante mori potuit, quam Ibis ab  
cabat.

Vide Pier.

lib. 32. ibi,

Coma Ro-

bur homi-

nis in ca-

pillis.

Lib. 1. Ma-

tam.

Aſtreæ ſi-

gura. explica-

tion.

A Gell. lib.

14. c. 4.

illi ab ejus filia pilus fatalis abscederetur. Nec Dido apud Virgilium ante mori potuit, quam Ibis ab

Junone missæ ei flavum vertice crinem auferret.

## A S T R A E A.

### JUSTITIA. CAP. LII.

**A**STRÆAM Astræ Gigantis & Aurora, vel Jovis, & The-  
midis filiam, pro Justitia lumenotissimum est: singunt  
enim illam vitiis crescentibus indignitatam in celum evo-  
lasse, locumque inter Leonem & Libram medium tenuisse,  
imo etiam ipsam Libram ei tribuunt, qua quid cuique de-  
beatur, expendat. Quamobrem sic de illa cecinit Ori-  
dus:

*Et virgo, cede madentes  
Ultima cælestum terras Astræa reliquit.*

Et Seneca in Octav.

*Neglectat terra fugit & mores feros  
Hominum, & cruenta cede pollutas manus.  
Aſtreæ virgo siderum magnum decus.*

Eam quoque, ut Gellius & Chrysippus tradunt, forma atq; filo virginali, aspera vechementi & for-  
midabili, luminibus oculorum acribus, neq; humilem, neq; atrocam, sed reverendæ cujusdam utili-  
tæ dignitate pingi solitam, omnesfere norunt: cui nostri pictores modo lanceam, modo lecurum,  
virgarumq; fascem adjicunt. Illud autem fere inauditum est, & tamen pulcherrimum, quod Alexan-  
der Aphrodiseus scribit, Justitiam ab Aegyptis sine capite pingi solitam, per manum sinistram porre-  
cta palma discapedinatam: quoniam sinistra genuina pigritia nulla calliditate praedita, equitatio ap-  
or quam dextra videtur. Collocatur autem inter Leonem & Libram, quia justum judicem intro-  
pido & forti animo esse oportet, ut nullius minis aut precibus ab æquo & bono dimovatur: cum-  
demq; decet crimina omnium atque meritæ ad lanceam discutere & ponderare, ut cuiq; quod meri-  
tus est tribuat. Caput vero ei non tam ademissæ mihividentur, quam inter sydera occulta, un-  
dicatorum à judice neminem videri debere: unde Athenis in Areopago, reuelato capite causam duc-  
tere jubebantur, ne judicem affectus movere possent: condit ergo caput inter sidera, solum Deum  
intuens, & ideo à nobis cerni non potest: debet enim judicis mens ad extremum usque,  
donec sententia sit lata, occulta esse, ne qua fraus  
struipossit.



ERUDI